

dinales, presbiteros, diaconos, subdiaconos, qui more Romano missas celebraturi ad altare sancti Mauritii martiris dalmaticas, lisinas et sandalia ferant, ordinare^{f)} habeat potestatem, sitque ordine standi atque sedendi omnique negotio ecclesiastico tractando archiepiscopis, scilicet Moguntino, Treverensi et Coloniensi equalis per omnia, siquidem his et aliis parem atque consimilem Magadaburgensem ecclesiam fore apostolica 5 nostra decrevit censura. Nam ipsę ecclesię archipresulatus apice sublimate eadem ecclesias excepta Mersiburgensi, Brandenburgensem scilicet, Havelbergensem, Cicensem, Misnensem, quas noster decessor Iohannes eidem subdiderat, nos cum suis presulibus subiugamus, nostra auctoritate Giselhario archiepiscopo, quem eidem ecclesię pastorem prefecimus, suisque successoribus concedentes earum ecclesiarum episcopos auctoritate 10 canonica regendi et ordinandi. Atque ut hoc, quod a nobis canonice institutum est, stabile maneat, apostolica censura sub divina iudicii attestazione iubemus, ut nulla persona parva, magna vel quilibet successorum nostrorum hec, que statuimus, infringere presumat, huius privilegii violator cum Iuda proditore eternis suppliciis deputandus. Hoc autem presens privilegium nostra propria^{g)} omnique conprovincialium episcoporum subscriptione firmatum 15 per nostri secretarii legatos episcopis Gallię et Germanię dirigimus confirmandum, ut, que Magdaburgensi collata sunt ecclesię, propria subscriptione confirmet. Scriptum per manum Stephani notarii et regionarii et scriniarii^{h)} sanctę Romanę ecclesię in mense et indictione supra scripta decima.

30.

20

Papst Benedict VII. hebt das Bisthum Merseburg auf und überweist einen Theil der Diocese desselben dem Bisthum Meissen.

[Rom], 981 Sept. 10.

Hdschr.: Cop. in Lib. privil. s. Maur. fol. 13. Staatsarchiv Magdeburg.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1, 14.

Ann.: Vergl. Einl. 16 Anm. 56 und 178 Anm. 80. S. A. 27 Anm. 56 und 329 Anm. 80.

25

(C.)^{a)} In nomine domini dei et salvatoris nostri Ihesu Christi summi regis et sacerdotis anno deo propicio pontificatus domni Benedicti summi pontifices et universalis papę VII. in sacratissima sede beati Petri apostoli septimo, imperii autem domni Ottonis secundi gloriosissimi et invictissimi Romanorum inperatoris augusti XIII, indictione decima, die mensis septembris decima. Quia nostri ministerii iugis et indefessa sollicitudo est qui 30 vicem beati Petri principis apostolorum gerimus, ecclesias circumquaque dispersas, ne cuiuslibet tempestatis subito emergentis incursu convelli possint, apostolicę nostrę auctoritatis privilegio confirmare, non extra nostri officii munus est, eas que canonicę veritatis limites constitutos illicita ordinatione prorsus excesserint, salvis sanctorum patrum decretis ad pristinum revocare statum. Solent enim iniuste ordinata diabolo auctore maxi- 35 mas plerumque parere lites et usque ad homicidii reatum excrescere nec sanctam dei ecclesiam, dum talibus altercationibus corrosa distrahitur, suę unitatis patiuntur quiete

29. f) ordinem AB. g) primum. h) et regionarii ist übergeschrieben und anscheinend von anderer aber gleichzeitiger Hand scriniarii.

30. a) †.

40